

Czÿrkaſsÿs.
Tradunt pleriqꝫ Czÿrkaſsos eſse reliquias veterum illorum Cÿmbrorum quià Homero Cÿmerÿ vocantur: feruntqꝫ eos magna ex parte Machometana religione vti quod ego affirmare non audeo cum omnibus conſtet eos Ruthenos eſse Græcamqꝫ religionem profiteri.

Hic Scytæ latitare donec omnes conueniant inuasuri noſtras regiones ſolent

Horum duorum fluviorum oſtia altera pars huius tractus Borÿſthenis tibi exhibebit, exoneratur em̄ Ingula maior in Bohum fluvium Ingula autem quem paulo inferius depictum habes Borÿſthem in lacum Ilmien influenti commiscetur

Hic vero campus vsqꝫ ad Bohum fluvium protenditur

Camporum hinc latitudo maxima quorum partem noſtri, partem Moſchovitæ partem Tartari potiuntur

Oſtium in altera parte huius tractus Boryſthenis vide.

DE KOZACYS

Kozacÿ est genus militum ex honore privatis expulsis, laboremqꝫ evitantibus conflatum. Hi armis levibus antea vtebantur, unde et Velites dicti ſunt, arcubus videlicet frameis, bombardis levioribus: nunc autem tormenta muralia et omne genus, annorum antea illis inuſitatum, uſui est. Hi itaqꝫ vitam ad Porohas ſive Cataracta in inſulis Borÿsthenis, sub caſis quibusuis tempestatibus expoſiti, degunt, in obedientia atqꝫ ſuprema exercituum Poloniæ præfecti continentur. Ducum inter ſe eligunt, electum facile deponunt, infeliciter autem illi rebus ſuccedentibus nonnunquam trucidant tum vero inopia annonæ laborant, clam civitates vicinis invadere et illis depopulatis præda onusti reverti Solent, ut Duce Podkowa Tehiniam Moldaviæ kosinscio kozlonum. Turcarum Imperatoris civitates deprædati ac depopulati sunt. Si vero ad exteros eundi occaſio ſeſe illis non obtulerit ita paternis inhiant posſesſionibus ut non nunquam feroces eorum impetus cum detrimento reprimantur.

Hic Velites cum veniunt tutos ſe a quibusuis periculis eſse exiſtimant.

PROGI vel POROHI

Prog nostra lingua latinis limen ſignificat: ſunt enim hic angustiæ Borÿsthenis ob rupes quibus coarctatur aqua profluentis & ideo veluti per limen ex altò decidit cum tanto ſonitu ac fragore ut ad tria miliaria exaudiri nonnumquam queat Veteres Græci talia loca κατaδουπα à ſonitu qui elonginquò exauditur vocare ſolebant. His ſimiles Catharactæ & in his magnis fluminibus inveniuntur. Iſtula videlicet ad Gniew Rheno ad Schauhuſiam. Niemene ad Runiſsÿszki Quapropter in Borÿſthene quilicet magnis Europæ fluminibus non modo adæquandus ſed & præponendus est infra Porohas navigationem hæ Catharactæ inpediunt vltra autem & citra tutiſsimam magnis licet ac onerariis navibus vtpote triremibus navigationem præbet.

NOMINA LIMITUM vel Progo
- A. Kadak poroh.
- B. Bulilo poroh.
- C. Woleznij poroh.
- D. Zwonier poroh.

Superſunt adhuc lector candide quinque limites qui tibi in altera facie ſunt expresſ.

- E. Nienaſijtecz poroh
- F. Suſki poroh
- G. Woluij poroh
- H. Walkonowa zaboia poroh
- I. Tawutzany poroh alias limes

Chorcica
Locus eſt ad Borÿſthenem, Demetrÿ Wisniowieccÿ antiquiſsimæ Proſapiæ Herois œconomia militari clariſsimus hic enim ſedem ac firmamentum ſui roboris ſtatuerat dimidiumqꝫ eius loci muro cinxerat, qui natura adeo munitus extitit vt Ducis vel Chami Perekopenſis ac totius illius Hordæ vires et impetum tamdiu ſustinere potuerit donec longa obſidione carens Wisniowieccius rebus advictum nece ſsarÿs equos cogeretur abſumere ad extremum nauiculis conſcenſis Porohos ſuperauerit ſaluisqꝫ ſuis omnibus incolumis Czÿrkaſsos peruenerit.

Tomakowka
Olim oppidum erat vt ruina teſtantur, nunc autem inſula eſt in Borÿsthene eodem nomine gaudens in qua Niſourÿ kozacÿ tanquam in arce firmiſsima habitant confidenter.

- Civitas chriſtianorum
- Civitas Tartarorum
- Arx vel Oppidum chriſtianorum dirutum
- Arx Tartarorum vaſtata

Viua Veſtigia arcis Siemimaiki extant enim in hancusqꝫ diem muri collem cingentes in ipſo autem colle templum ac domus murata adhuc conſpiciuntur.

Oſtam kirmen
Arx murata Tartarorum ſed ob aſsiduos kozakorum incurſus à Tartaris deſerta eam namqꝫ Wisniowiecius puluere tormentario ſubpoſito euerterat

ISTMUS INTER BORYSTHENEM ET MARIS PONTICI CARCINITUM SINUM Quem noſtri Koſaci videlicet Ilmien lacum appellant

Ex his lacubus ſal Sole concoctum decerpitur

Boh ſive Bog Latine Deum ſignificat celebris est fluvius Podoliæ quem pleriqꝫ Hippanim non nulli Axiacum innixi Herodoti ſententiæ appellant

Il Mien La Cus, Quem nonnulli Sinum carcinitum appellant.

Oczakow primarium oppidum Scÿtarum quod a Czÿrkaſsÿs 67 à Cataractis 30, a Bialogrodo 20 miliaribus diſtat.

Iſtmus inter Boryſthe: & mare

Perekop Domicilium Ducis Scytarum diſtat Oczakovia 20 ab Oſtamkirmē totidem miliaribus

Lectori S.

Hunc Boryſthenis tractum ut ad noſtram Geographiæ tabulam adjiciamus duo nos præcipuè impulerunt. Primum ut huius fluminis longitudinem oſtendamus, ſiquidem præter Danubium et Volgam (cuius tantum fontes in Europa ſunt idioque non Europæ ſed Aſiæ fluvius eſſe videtur) longiorem ac majorem Europa non habet. Alterum ut antiquos M. D. Lithuaniæ terminos Vitoldi M. Ducis præſertim temporibus exponamus, hic multa prælia ſecunda cum Tartaris faciens, arces nonnullas quarum nunc ruinæ extant extruxerat ac muniverat, quo facilius dominium ſuum protendere hoſtemqꝫ longius depellere poſſit cur autem in eadem ipſa tabula hunc Boryſtenis tractum continuate non adjecerimus ea cauſa eſt quod protraxiſſet noſtram Geographiæ tabulam, ut Hungariæ, Moldaviæ, Tranſylvaniæ, Valachiæ partem continuare atqꝫ in tabulam inſcribere deberemus. Proderit autem lectori qui ſit Status huius Regionis cognoſcere; Regio eſt campestris ac feracisſima, ſed propter aſſiduos Scytarum incurſus deserta qui ſemper ihiant illius bonis, et aliquando ultra Czyrkaſſos progreſſi Voluniam depopulantur, plurimis homines bonis illorum direptis in ſervitutem abducentes. Revertentibus vero illis cum præda, Kozacy ſæpius occurrere ac omnibus bonis, ſi eos tranātes fluvium aliquem repererīt, ſolent.